Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515498-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515498-p0002-7

LECTURIS
S.P. & O.P.D.

CHRISTIANUS THOMASIUS,

JCtus & P. P.

HALAE MAGDEBURGICAE
Typis CHRISTOPHORI SALFELDII Regiminis Elect. Brand. Typogr.

Abſolvi per DEI gratiam
Diſputationes XII.
In Celeberrimi Autoris de RATIONE STATUS
Diſſertationes XXIV.
Cum autem
circa qvæſtiones XII. paradoxas à me propoſitas
& diſputationibus iſtis ſimul junctas,
multa dubia non paucis ſupereſſe audiam,
promiſſi mei memor,
inpoſterum ſingulis diebus Jovis ab hora X. ad XII,
ſi DEUS vires conceſſerit,
qvamdiu Opponentes reſtabunt,
absqve Reſpondente dubia omnium,
qvibus de iſtis qvæſtionibus mecum conferre placuerit,
& audiam, & iisdem ſecundum regulas bonæ
diſputationis reſpondebo.
Ut autem
eo minus materia diſqviſitionis placidæ deſit,
qvæſtionibus XII. hucusqve ventilatis
addo jam novam qvæſtionem XIII.
ſimul cum iſtis prioribus, qvamdiu Dominis Opponentibus placuerit,
examinandam.

Sci-

Scilicet qværitur:
Qvid ſentiendum ſit de diſcurſu
CELEBERRIMI AUTORIS de RATIONE STATUS,
Tolerantiam diſſidentium in controverſiis religionis
ſpectante,
qvi extat Diſputatione 23. concluſione 4.-13. p. 359-380?

Reſpondeo:
Videtur & prudenter, & graviter & verè diſſeruiſſe.
Videtur hæc materia
& utilisſima & ad diſputandum maximè apta,
cum his potiſſimum temporibus, ſi unqvam,
Tolerantia Hæc
& principiis rectæ rationis & regulis communis
Chriſtianismi ſolidè fundata,
à plurimis turbido diſſidii ſpiritu agitatis,
etiam à nonnullis, qvi præ reliqvis excellentiora
tolerantiæ ſpecimina edere deberent,
voce, clamoribus, calamo, clandeſtinis & apertis conſiliis,
ut hæreſis, vel ſi qvod gravius crimen fingi poteſt,
publicè & privatim traduci ſoleat.

Ade.

Adeſte igitur
qvotqvot tolerantiam & ſpiritum pacis amatis,
qvotqvot ſub larvâ Zeli ſancti hoſtes vos eſſe
tolerantiæ profitemini,
& vel dubiis non ſeriis occaſionem ſuppeditate,
ut doctrina hæc ab hoſtibus pacis maximè intricata
diſtinctius atqve clarius explicetur,
vel argumentis maximè ſeriis & hoſtilem veſtrum
animum verè exprimentibus,
Veritatis pacificæ triumphum ſplendidiorem reddite.
Hic oſtendere poteritis
Polemicæ veſtræ Scientiæ fructus.
Nam ubi nemini contradicendi arbitrium eſt relictum,
vel Thraſo timidisſimus Herois perſonam
mentiri poteſt.
Tu vero Pacis dator unice,
amoris & tolerantiæ legislator ſanctisſime,
ſub cujus protectione hoc, qvicqvid eſt negotii, ſuſcipio,
imple me ſpiritu pacis,
ut ope ejusdem, qvi ſimul ſpiritus fortitudinis eſt,
profligare qveam ſpiritum diſſidii & vertiginis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515498-p0006-0

00 A 6336
ULB Halle 3
002 928 728
56.
VD 17
Rebo ✓
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515498-p0007-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-515498-p0008-1

LECTURIS
S. P. & O. P. D.
CHRISTIANUS THOMASIUS,
JCtus & P. P.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS CHRISTOPHORI SALFELDII REGIMINIS ELECT. BRAND. TYPOGR.